



G 41.23
EX. BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
Vl-56 —
SIGNAT. *6101 CCCXIII.*



DISCURSUS POLITICUS, 16
In quo ostenditur,
Pontificios Politicos

hypotheses fovere, quibus inju-

riam inferant, tam SACRO IMPERIO ROMANO,

quam SACRATISSIMO IMPERATORI,

Quem

In Illustri ad Albin Academia,

Præstite

Jesu Legitimæ potestatis Autore, & Patre Luminum.

Adstite

Philosopho Excellentissimo,

DN. M. JOHANNE SCHARFIO,

Log. & Meth. Profess. Publico : Præceptore, Pa-
tron, & Promotore suo ætatem honorando,

Substes

M. JOHANNES Brunneman

C. M.

*Candido συμφιλοσοφίηων colloquio
proponit.*

Ad diem xxvi. Novembr.

15

WITTEBERGÆ

Typis Hæredum SALOMONIS AUERBACH.
ANNO cœlo 10 C XXIX.

200.000.000.000.000

1000000000000000

500000000000000

250000000000000

100000000000000

50000000000000

25000000000000

10000000000000

5000000000000

2500000000000

1000000000000

5000000000000

2500000000000

1000000000000

5000000000000

2500000000000

1000000000000



PROLOGION.

Ulo venerabilius, quo honorabilius,
quo sanctius est aliquid, eò plures
insultus experiri cogitur. Id si ex-
emplis illustrarem, lucem meridia-
no Soli afferrem. Sit nobis omnium
instar, summa illa Imperii nostri Romani Maje-
stas, quam licet omnes ferè, quotquot sunt in toto
hoc mundi ambitu Magnates, meritò venerentur
Et suspiciant, invenias tamen quosdam, qui quo-
vis modo illam lœdere Et extenuare contendunt.
Non dicam jam de Bodino, qui in præjudicium
Romani Imperii, statum ejus Monarchicum esse
negat Et pernegat, ac tales hypotheses fovent, quaे
injuriosæ sint in nostrum Imperium. Tantùm
de Pontificiis jam sermo est, qui multas fovent in
libris suis Et propugnant hypotheses, quaе in contur
meliam Romani Imperii vergant, quarum quasi
dam hoc discursu examinare placet. Et licet plu-
res fuerint ejus generis hypotheses in promptu, ut
pote, quando statuunt quidam, Pacificationem Aus-
gustanam de Pace Religionis per Tridentinum
Concilium esse sublatam, contra expressa illius Pa-
cificationis

cificationis verba: Item; ante Coronationem Papæ Regem Romanum non esse Imperatorem: Item, Potestatem Legitimandi & fundandi Academias Papæ principaliter, & non participativè competere, & quæ sunt id generis aliae, has tamen paucas brevitatis causa proponere, & pleniorē bujus negotii tractationem in aliam occasionem differre placuit. Sit ergo:

Σωθεω.

Prima hypothesis Politicorum Pontificie
Religioni additorum.

Imperator Romanus est vasallus Papæ, & Imperium est Papæ feudum, & Papa in temporalibus etiam habet potestatem supra Imperatorem.

Εξηγησις.

Prius illud, sc. Imperatorem Romanum esse vasallum Papæ, & Imperium Romano-Germanicum esse feudum Papæ, disertis verbis multi asserunt ex Pontificiis, usi hoc argumento; quod Imperator Romanus juramentum fidelitatis, uti illi explicant, praestet Pontifici, quod juramentum tamen, non fidelitatis, sed defensionis esse, nostri respondent. Posterius illud ferè omnes statuunt Pontifici. Sic enim glossa in c. per venerabilem habet: Papa est super omnes, & consequenter etiam Imperatorem. Unde & Clemens Quintus revocavit sententiam Henrici Imperatoris contra Robertum Regem Siciliæ, ut patet ex Clem. Pastor. de sent. & re judic. citante Arniso de Exempt. Cler. c. 5. Sed qualis hæc potestas sit in temporalibus Papæ supra Cæsarem, hinc inde apud Pontificios disputatur. Quidam enim, quos recenset Bellarm. directam eam esse volunt,

volunt, quidam, inter quos etiam Bellarm. indirectam eam appellare volunt, quat. sc. referuntur temporalia ad finem spiritualem, ob quod tamen, si Barclajo credimus, parum absuit, quin omnia ejus scripta fuerint exusta.

Ex his sic argumentamur

Nullus Vasallus habet Majestatem, respectu ejus territorii & regni, quod fiduciae & feudi nomine tenet.

Imperator est Vasallus (uti quidem tradunt Pontif.) Ergo Imperator noster Romanus non habet majestatem, respectu ejus regni, quod fiduciae seu feudi nomine tenet, quod est Imperium Germanico Romanum. Conclusio manifeste injuria est in sacratissimum Imperatorem Romanum.

Minor est Politicorum Pontificiorum.

Majorem probabimus. Et distinguendum primò, quod aliud sit ipsum regnum fiduciae nomine tenere, & aliud præter illud habere aliud territorium, respectu cuius Vasallus sit. Illud Majestati aduersatur, sed non hoc, alias & Reges Hispaniæ & Daniæ majestatem non haberent, cum ille resp. Burgundiæ, hic Holsatiæ, Imperii vasallos se esse profiteantur. Ergo sic probo majorem: Omnis vasallus, respectu illius territorii, quod fiduciae nomine tenet, habet superiorem, à quo investituram petit, cui etiam servitia præstare debet. Ast nulla Majestas recognoscit superiorem, respectu illius regni, cuius respectu est Majestas, cum Majestas describatur per talē Potestate, quæ superiorem non agnoscit. Bef. lib. i. Pol. c. 2. §. 1. necnulla Majestas obedientiam præstat & servitia, nec investituram petit, respectu ejus regni, cuius respectu est & dicitur Majestas: cum hæc omnia Majestati repugnant.

Ex hoc fluit alterum argumentum: Quicunque agnoscit superiorem potestatem in temporalibus, non habet Majestatem.

Imperator Romanus agnoscit superiorem potestatem in temporalibus, Ergo:

A 3 Impe-



Imperator Romanus non habet Majestatem.

Major patet. Nam nulla Majestas agnoscit superiorem potestatem in temporalibus.

Conclusio iterum est absurdā. Minor ex ante dictis satis superque constat.

Sed scio quid responsuri sint. Dicent enim potestatem hanc licet sit in temporalibus, tamen temporalem non esse, sed spiritualem, atque ideo Majestatem Imperatoris Romani tollere non posse. Verum licet Bellarminus potestatem hanc spiritualem esse dicat, id tamen partim complicibus ejus quibusdam expressè adversatur, partim cum ipsis hypothesibus stare nequit. Thomas enim omnem potestatem distinguit per actus & objecta, quoniam ergo objectum hujus potestatis temporale est, ut patet, & actus quoque temporalis cum abdicatione imperio non certè spiritualis, sed temporalis pœna sit, quoniam etiam ipsius Bellarmini complices quidam expressè hanc potestatem Papæ temporalem, imò planè Imperatoriam vocant, ideoque hæc Bellarmini sententia neque cum ipsis, neque cum aliorum hypothesibus stare posse videtur. Arnis de Exemptione Cler. c. 5. §. 26. p. 151, 152.

Secunda hypothesis.

Imperator si fiat hereticus, vel cum iis colludat, aut alijs enormiter peccet, à quovis privato potest interfici, & à Papa etiam deponi.

Prius illud expressè multi Pontificii tradunt. Benè autem præ aliis Marian: Jesuita hac de re scribit, lib. 1. de Regis institut. c. 6. ubi excusat, imò commendat factum illud sacrificuli Dominicani, qui Henricum tertium Galliarum Regem è medio sustulit, addit etiam, sacrificulum à toto collegio Dominicano & alijs ad id instructum esse, & c. 7. expressè tradit, feliciter veneno talem Regem interim posse, hac tamen conditio ne additâ, si commodè id linteis, armis, ephippiis, ocreis, sellis, &c. addi possit. Imò factum hoc sacrificuli, publica in oratione Romæ, præsentibus Papa & Cardinalibus, fuit collaudatum. Bell. l. 5. de Pontif. c. 7. p. 11: Non licet Christianis, tollerare Regem

gem impium vel hæreticum, si conetur subditos pertrahere ad suam hæresin. Alii autores allegati videantur apud Dn. D. Gerhardum tomo 6. p. 1296. Et quod de Rege Gallie & Rege quovis in genere dictum est, ad Imperatorem etiam accommodant. Quid, quod aliter salvis suis hypothesibus statuere nequeant? Dicunt enim & defendunt passim, Regem vel Imperatorem, si fiat hæreticus, fieri tyrannum in titulo, & amittere suam jurisdictionem; Tyrannum autem titulo a quovis occidi posse, plerique Politici statuunt.

Posteriorius illud omnes fecerit Pontificii, & peculiariter Bellarminus, in scripto illo contra Barclajum defendunt.

Sic ergo discurremus ex posteriori:

Si Papa Imperatorem Romanum non tantum propter hæresin, sed etiam propter alia delicta de solio dejicere potest, sequitur

1. Imperatorem Romanum nihil definire posse, nisi consentiente Papa, nisi velit incurrire poenam illam. Constat enim Pontifices Romanos Imperatores, saepè ob parvum quoddam delictum, saepè etiam nullum, Imperatores a solio deturbasse.

2. Deteriorum esse conditionem Imperatorum, quam Vasallorum. Nam Vasallus non exiit suis bonis, nisi ex causa in legibus definita, & ex consilio Parium Curiae, uti hac defradunt Feudistar. Ait Pontificii statuunt, & exemplis etiā comprobant, Imperatorem a solo Papa, & ex solo ipsius arbitrio (quia scilicet errare nesciat, & solus sibi judicium de hæresi & aliis delictis reservet) a Dignitate Imperiali dejici posse. Bellarminus, ne omnino nihil respondere videatur, aliquid regeretur, resonatur contra hoc, sed nihil respondet. Videatur ipse Bellarm. in libro illo contra Barclajum.

Ex priori illo sic infero:

Quicunque crimen læsa Majestatis defendunt, comprobant, & alios ad id ipsum instigant, illi sunt rei criminis læsa Majestatis. Sed Pontificii Politici statuentes, Imperatorem ob hæresin vel ob crudelitatem, etiam si bono titulo ad fasces Imperii evictus fuerit, a subdito occidi posse & debere, defendunt, comprobant crimen læsa Majestatis, & ad id alios instigant. Ergo:

Minor

Minor sua luce paret, nam quando privatus contra Majestatem arma capit, omnino crimen laesa Majestatis committit, ne dum si ipsam Majestatem Cæsariam interficeret tenteret, quod autem Imperator à vera Religione descelerens, & ad hereticam delabens, statim nat tyrannus titulo, id fane absque omni Scripturæ & rationis fundamento dicitur, se quod in efficacissime a nostris est refutatum, adeo ut non dubitem, quin ipsi etiam saniores Pontificii hac in parte suis discedant.

Imo hæc sua hypothesi vitam Principium, omnium fere Iudibrio exponunt Pontificii, ut satis res ipsa loquitur.

3. Epistola.
Clerici in Romano Imperio, non sunt sub jurisdictione Imperatoris, sed Papæ.

Hanc hypothesis expressis verbis habent Pontificii, & peculiariter Bell. contra Barclajum, ubi etiam hoc ex professo defendere conatur. Quo autem iure sint exempti, adhuc sub judice lis est. Quidam enim jure divino id fieri volunt, sed refutantur ex toto Vet. & N. T., uti etiam ex praxi primitivæ Ecclesiæ N. T.; quidam vero juri humano ascribunt exemptionem illam, dicentes ipsos Imperatores Clericos exmisce. Imo dum Pontificii concessionem Imperatorum, præsertim Friderici, urgent, tacite illam exemptionem juri humano & dispositioni Imperatoria ascribunt. Jam sic argumentor:

Quicunque eximit illos à jurisdictione Imperatoris, qui adhuc jure sunt sub illa, & nullo unquam tempore eximi potuerunt, is injurious est in Cæsariam Majestatem.

Papa eximit illos à jurisdictione Imperatoris, qui jure sub ea adhuc sunt, & nullo tempore eximi potuerunt. Ergo:

Major sua luce lucet, Eximere enim subditos ab obedientia Magistratus, magna sane est injuria.

Minor ex eo patet: Si Clerici primitus fuerunt sub Imperatoribus, ut saepius demonstratum est, & a sanioribus quibusdam

dam Pontificiis non negatur, utique nullo jure eximi potuerunt, neque ipse Imperator ipsos eximere, & ab alienare potuit, ratio est quia Imperator est semper Augustus, nec debet aut jure potest, subditos suos ab omnimoda jurisdictione eximere, cum hoc in diminutionem Imperii vergat. Si autem ab ipso Imperatore ab alienari non potuerunt, multò minus ab alio ullo homine, si hoc jure utique adhuc sunt sub Imperio Romano, & p. c. injuriis estis, tam in Imperatorem, quam Imperium Romanum, qui Imperioriae jurisdictioni illos subiacti here non veretur.

4. Hypothesis.

Regnum illud non est verum Regnum, in quo falsa est religio, seu, ubi Magistratus & subditi falsae religioni sunt addicti.

Eξηγήσις.

Hypothesis hæc expressè apud Pontificios Scriptores habetur, rationem autem adducunt hanc, quia Magistratus cum in finem, & hac conditione accepit Regnum, ut veram religionem propagaret, quando autem conditionem hanc non observat, non amplius verus est Rex, sed tyrannus, & Regnum tyrannis potius est, quam verum regnum. Ideoque hæc hypothesis ex præcedente fluit hypothesi. Jam ergo sic argumentamur.

I.

Imperium Romanum constat ex multis territoriis, in quibus & Magistratus & subditi Lutheranam seu Evangelicam, seu ut Pontificii eam appellant, hereticam religionem amplectuntur: Ergo Imperium Romanum ex parte non est verum, sed tyrannicum Imperium, ex mente scil. Pontificiorum. Imò infinita ferè absurdā, & statibus Imperii maximè injuriosa hinc propullarent, sequeretur enim

1. Imperatorem nostrum Romanum, non posse, nec debere

B

Pro-

Protestantes Imperii status ad diætas vocare, cum non sint (sc. ex mente Pontificiorum) veri Principes, sed tyranni, & injusti territorialium suorum possessores.

2. Nullam illis concedendam esse imperialium rerum administrationem.

3. Omnium Sacratissimorum Imperatorum electionem, à tempore Caroli Quinti, esse illegitimatam, quod tamen cogitare, nefandum, & abominandum esset, siquidem facta sit ab illis, qui eligendi potestatem non habuerunt. Et quis omnia inde absurdæ propullulantia percensere vellet, cum animus ea enumerare exhorrescat.

II.

Quicunque populus falsa religione imbutus est, ille non habet realem Majestatem (sc. secundum Pontificios.)

Quicunque populus non habet Majestatem realem, non potest etiam conferre majestatem personalem: si hoc, populus Romanus ethnica religione imbutus, non potuit Imperatoriam Majestatem conferre in Julium Cæsarem, & ejus successores; si hoc, Ethnici Imperatores non habuerunt veram Majestatem, nec fuerunt veri Principes, sed Tyranni, si hoc, sequitur, Christianos Imperatores à Tyrannis suam accepisse Majestatem, quod quam iniquum sit & injuriosum, in facratißimos illos Imperatores, nemo non videt.

5. Hypothesis.

Imperium nostrum Germanico Romanum est à Pontifice Romano, qui etiam illud transtulit ad Germanos, & nominatim ad Car. Magnum.

Eγνώσις.

Hypothesin hanc ferè omnes defendunt Politici Pontificii, & translationem illam ascribunt Leoni 3. Pontifici Mohr. in disp. de jurisdict. θ. 7. & alii. Imò quidem eò dementiæ per venerunt, ut statuerent, Papam ex mera causa temporali, posse rursus

rursus de Germanis in Græcos transferre Imperium, & hoc
sanè ex illa hypothesi sequitur, nam si ad Germanos ex causa
temporali potuit transferre Imperium Pontifex, quidni & ho-
die à Germanis ad Gallos, vel alios populos possit transferre
idem Imperium, si salva staret hæc hypothesis? Eadem enim u-
bique ratio. Autores allegati videantur apud Reinckingum
lib. i. de regimine seculari & Ecclesiastico, classe 2. c. 3. Ex hoc
sic argumentor:

I.

Si Papa transferre potuit Imperium Romanum ab una gen-
te ad aliam, pro suo beneplacito, utique jurisdictione Pontificis
temporalis est superior ipsa potestate Imperii, immo ipso Impe-
rio. Super quo enim quis disponere potest pro suo benepla-
cito, id certè sub ejus jurisdictione est, qui ita de illo dispo-
nere potest, cùm in illis, quæ in mea potestate non sunt, nihil di-
sponere, nihil immutare possim. Si autem jurisdictione Papæ
est supra Imperium, exercetur etiam supra Imperio. Imperium
utiq; nostrum Romanum supremū non est, cum supra illud de-
tetur superius, scilicet ipsum Papæ Imperium, & potestas eius
temporalis, quo modo autem hoc sine injuria dici possit,
non video.

II.

Si Imperium à Græcis ad Germanos potuit transferri à
Pontifice Romano ex causa merè temporali, quia nimis
Pontificia de sede beneficiti fuerunt Germani, utique eandem
ob causam, hodie Papa Imperium potest transferre ad alias
gentes, ob majora scilicet aliarum gentium in sedem Romanam
merita. Consequentia adeò est evidens, ut quidam ex ipsis
Pontificiis posterius defensum eant, uti antea indigitatum est,
& benè notanda sunt verba Adriani 4. Papæ, quæ scripsit ad
Imperatorem Fridericum Primum: Scire debes, quo jure Pa-
pa à Græcis ad Germanos Imperium transferre potuit, eodem
jure & me iterum Germanis eripere posse. Hucusque Hadria-
nus. Si ergo Pontifex etiamnum Imperatoriam Dignitatem
à Germanis ad Græcos vel alias gentes transferre potest, utique

Subjicere lubet hæc Corollaria

Politica.

I.

An status Imperii nostri sit Aristocraticus? N.

II.

**An absurdum sit unam & eandem Personam
respectu ejusdem esse simul subditum & Magistra-
tum in temporalibus? N.**

III.

**An Dillingenses Jcti, in tractatu de Pace pu-
blica, firmum argumentum contra alienationem
bonorum Ecclesiasticorum majorum, ex §.s. Und
nach dem bey vergleichung dieses &c. petere po-
tuerint?**

Politici nostrates communiter negant & quidem
1. quod invitis Protestantibus fuerit insertus hic para-
graphus, unde pro parte pacificationis agnosci non pos-
sit. Nam I. Expressè Rex Ferdinandus in paragrapho præ-
dicto ita loquitur: Und nach dem bey vergleichung
dieses Friedens / Streit für gefallen / wo der Geist-
lichen einer oder mehr &c. welches sich aber beyde
Religions Stände nicht haben vergleichen kön-
nen / demnach haben wir in Kraft hochgedachter
Röm: Räys: Majestat / vns gegebenen Vollmacht
und Heimstellung / erklärret / vñgesetzet / thun auch
solches &c. Duo hic in his verbis licet deprehendere,
1. quod Pontificii & Protestantes Principes de hoc arti-
culo convenire non potuerint.

2. quod

2. Quod Rex Ferdinandus hunc paragraphum ex plenitidine potestatis à Cæsaria Majestate sibi concessa inferuerit. Jam verò certum est, quod Cæsaria Majestas non judex ordinarius, sed pars litigans tum temporis fuerit, ut ex historia illâ patet. Certum est & hoc, quod Ferdinandus Rex fuerit Judex Compromissariorum. Quia verò nulla pars litigans, in illa controversia, in qua litigat, invitæ alteri parti aliquid obtrudere potest, neque etiam ex plenitidine potestatis aliquid decernere; ideoque consequens est, Cæsarem Carolum Quintum non potuisse hac in controversia ex plenitidine potestatis aliquid decernere, multò minus in alium hanc potestatem conferre: Quia etiam Judex Compromissarius, ne punctulum quidem uni parti litiganti invitæ obtrudere potest, sequitur & Rege in Ferdinandum paragrum hunc ex plenitidine potestatis inferere non potuisse.

Secundò probant assertionem suam Politici ex eo, quod in sequentibus Comitiis Protestantes Principes contra hunc paragraphum protestati fuerint, & ut ille aboleretur, submissè à Cæsaria Majestate petierint; ut videre est ex Rescripto Regis Ferdinandi in Comitiis Ratisp. Anno 1657. celebratis, dato, & sequentibus etiam Comitiis quibusdam.

Licet verò paragraphus hic consentientibus omnibus statibus insertus esse concedatur, adhuc tamen Dillingenses id, quod volunt, ex eo probare non posse videtur. Paragraphus enim loqui videtur de tali Episcopo, qui investitus jam est, & Pontificiam religionem se defensurum esse juravit, ac postea Lutheranam amplectetur confessionem, non verò de iis, qui etiam ante electione.



electionem Evangelicæ religioni addicti fuerunt. Et
videtur loqui hic paragraphus de tali casu, si Capitulum seu Canonici sint veteris Religionis, id quod
colligitur ex illis verbis: Auch den Capiteln /
vnd denen von gemeinen Rechten / oder der Kirchen vnd Stifts gewohnheiten / zugehoert / eine
Person der alten Religion verwandt / zu wehlen
vnd zu ordenen zugelassen seyn & quod verbum ultimum, non mandati, sed beneficii verbum esse solet. Nec
videtur etiam Paragraphus loqui de illo casu, si Episcopus consentiente Capitulo reformationem instituat.
De quibus omnibus uberioris differentes videantur Politici, qui de Pace Religionis scripsérunt. Nobis hæc
utido ex mente Politorum uberioris colloquii
estatisq; mobili gratia adiecisse sufficiat.

F I N I S.



Elendo Contentorum.

- Balbusianus Meisheri Disputatio Theologica de normâ fidei. Wittib. 1623.
Joh. Tarnovii Disp. Thol. De deo frivolo. Roskob. 1628.
Jacobi Martini Disp. de primo creationis triduo.
Joh. Cottmanni Disp. Thol. anniversaria exhibens brevissimam vestitionem sex problematum ex cap.
3. Gen. Defunctionem. Roskob. 1627.
Valentini Legdei Disp. Thol. de imagine dei in domine ante lapsum. Roskob.
Bartholomei Battii Disp. Thol. de mysterio unionis hypostaticae de carna naturarum in christo. Gry.
phirwaldiae. 1624.
Joh. Gerhardi consideratio duorum discursuum quibus Jesu amplioris tradere voleantur ut a
Lübben doctrinâ scelerum faciant. Zeno. 1625.
Pauli Slovostii Disp. Philosophica de visione dei sicut in Ie. Zeno. 1625.
Joh. Tarnovii Disp. de aeternâ praedestinatione dominum in filio iustificante ad finem usq; vita
persecutionis. Roskob. 1625.
Joh. Chiveni Harmonia Evangelistarum secundum parata et itinera domini. Sora. 1627.
Fidelis admonitio de religione papistica trahenda et letterana constanter retinenda. Wittib. 1628.
Pauli Robeni Demonstratio ostendens religionis Pontificie Lubricitatem, incertitudinem et
vinitatem. Wittib. 1629.
Joh. Wülfenaueri Disp. A. oratione contra necessitatem conjunctionis Evangeliorum et Romano Papae
tu. Wittib. 1630.
Wilhelmi Syreni pudenda pontificium idolatria. Wittib. 1631.
Joh. Schawfi Discursus Politicus, in quo ostenditur, Pontifices politicos hypostoler fore, qd; in
junian inferuimus tam Iacovus epis. Romano, quam saeculiffo Empator. Wittib. 1629.
Pauli Robeni ~~ab aliis~~ ^{tabernaculo opinionem} Romani episcopi. Wittib. 1628.
Ep. Oratio panegyrica de confir tot tumultu. Wittib. 1627.
Wenceslai Altwasseni oratio resonatoria. Osnabr. 1631.

ULB Halle

004 053 834

3



Sb.

V3 Retro
V3 17

TMA



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
1	2	3	4	5	6	7	8	9
Centimetres								
1	2	3	4	5	6	7	8	9
Inches								
1	2	3	4	5	6	7	8	9
10	11	12	13	14	15	16	17	18
10	11	12	13	14	15	16	17	18
19								
8								

POLITICUS,

16

Intenditur,

s Politicos

ere, quibus inju-

ACRO IMPERIO ROMANO,

IMO IMPERATORI,

uem

Ibim Academia,

titie

Autore, & Patre Luminum.

stite

xcellentissimo,

NE SCHARFIO,

ublico : Præceptore, Pa-

uo ætatèm honorando,

btes

E S Brunneman

M.

σοφίων colloquio

ponit.

v. Novembr.

B E R G A E

OMONIS AUERBACH.

Io C XXIX.